Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Alexandria



Alexandria Egypti magna civitas ante xpi adventum .20. sup. ccc. ab Alexandro magno Iustino
libro xj attestante condita fuit / Alexander enim magnus ad Iovem Ammonem pergens consulturus et
de eventu futurorum de origine sua reversus ab Ammone Alexandriam condidit / Et coloniam
macedonum caput esse egypti iubet / Nomine fuit tercia urbium constructarum ab alexandro magno / quarum una
A fuit in egypto per dinocratem architectum (ut scripsit Vitruvius in prohemio libri primi de architectura)
locum sortitus haud longe ab hostio nili ut dicit Solinus / quod plurimi Canopicum dicunt / Aliam
struxit idem alexander in Asia / Aliam in Scithia super thanaim / Alexandria igitur Alexandri opus
Alexandri nomen Alexandri bustum / Ad quod Iulius Cesar post thessalicum diem morteque pompeii adve-
nisset Alexandriam ambiguo turbatam vulgi murmure permotus pro specie religionis descendisse legitur
Et augustus Cesar post victoriam actiacam Antoniique devictum et coactum mori eodem veniens Alexandri
corpus reverenter aspexit / Cumque ex eo quereretur An et ptolomeum vellet aspicere / elegantissime regem aut se
+ videre velle, non mortuos / Eius situs (ut Strabo scribit) clamidis formam habuit Cuiusque latera que in lon-
gum tendebant circumulabat stadiis ferme .30. / habet universam viis distinctam fecerunt / quibus equi et cur-
rus conduci possunt / sed duabus latissimis que plus iugeres expandunt / Et sese mediatas ad rectos angulos seca-
Clauditur aut (ut Josephus Iudeus tradidit) undique aut incomeabili solitudine / aut importuoso mari : aut
fluminibus / aut silvosis paludibus / Pulcherrima quippe olim fuit / Nunc quoque civitas optime munita est / de-
coris menibus firmisque altis muris et turribus / Intus vero non civitas sed pene acervus lapidum / plena ruinis et
desolationibus videtur / Celeberrima Idolorum phana habuit / nec non et xpianorum templa adhuc extantia / Multas
decol quoque habuit regias / Que et tertiam urbis partem occupabant / Nam quilibet regum illam pro libito volun-
tate aliquo ornamento decorabat / Et ubi Aula alexandri olim stetit / hodie columna ex uno lapide prisca mi-
re altitudinis capitellum habens acutum / quasi turris apparens posita est / habet quoque ecclesiam ad sanctum
Marcum dicta qua Iacobite inhabitant / Marcus enim Evangelista huic urbi primo xpm predicavit / Et cum
ibidem ab aplis epus fuisset ordinatus / ecclesias ordinavit multas / Quo mortuo Anianus ei successit / hinc in-
divinis eruditissimi multi emersere viri / Philo natione Iudeus / qui multa utilia scripsit / Clemens presbiter / Ori-
genes presbiter omnium excellentissimus / Athanasius urbis eps / Didimus / Theophilus / et alii innumerabiles / Extra urbem
sunt due marmoree columne locum decollacionis dive katherine martyris ostentantes / habent Veneti in ea urbe
duos fonticos et Ianuenses unum / ubi negociatores et merces eorum conservantur / Cathelani quoque In curia regis
Sicilie / Et hii sacella pulchra habent in quibus divina peragunt / Greci quoque Tartari et alie gentes suas orna-
na tas habent domos / que in nocte per sarracenos clauduntur / Est autem hec urbs in una parte mari magno cincta / In alia
amenissimis et fertilissimis ortis circumsepta in gleba frugifera / que nili aqua irrigatur / Portus custodia sarra-
cenorum nunc diligentissime observatur / Monticuli quoque duo ad hoc in civitate facti / Naves advenientes prospicientibus
edoctas ostendunt / feruntque columbas deferentes literas edoctas ut tuciores ab incursu insidiancium esse possint / Columbe et
antiquitus ut plinius refert internuntie in rebus magnis fuere / Et epistolas annexas earum pedibus obsidione mutinensi
in castra consulum bruto mittente ~